simo Sexcentesimo Septuagesi:
mo Secundo.

Witkowscij Witkowskiey Debent

Comparentes personaliter Coram officio et Actis
praesentibus Castrensibus Capitanealibus Praemysliensibus Generosi Severinus de Rudolowice Witkowski 1073
Pater et Stanislaus Alexander atq Paulus de eadem
Rudolowice Witkowskie cum Generosa olim Anna
de Trzeskie Bolesbraszijcka prioris Voti procreati filij
Sani mentibus et corporibus existentes a Terris Districti:
bus Iuribus Iurisdictionibusq suis quibusvis proprijs et
Competentibus recedendo, praesenti Vero Castrensi Capita:
neali Praemysliensi Iurisdictioni, quo ad actum praesentem
attinet, se cum Successoribus ac bonis suis generaliter
omnibus totaliter et plenarie incorporando atq Subij:
ciendo palam, libere, publice, ac per expressum recogno:
verunt et quilibet illorum seorsim suo pro interesse recognovit. Quia ipsi Generosa Helizabetha de Flotzev
Witkowska eiusdem Generosi Severini de Rudolowice
Witkowski Secundi Voti Consorti legitimae et ipsius Successoribus Summam Quatuor Millium Florenorum Polonica:
lium monetae et numeri in Regno currentis quemli:
bet Florenum grossis Triginta polonicalibus computando et numerando certi Veri iusti et liquidi debiti, mu:
tuatiq apud ipsam per se Recognoscentes pecuniae te:
nebatur atq debet. Quam quidem Summam Suprascrip

1040

+

Quatuor Millium Florenorum Polonicalium videri supra:
scripti Recognoscentes, se ac suos Successores, in et super bo:
nis suis generaliter omnibus, haereditariis et obligatoriis mo:
bilibus et immobilibus, summisq[ue] pecuniaris quibusvis habi:
tis et habendis Suprascriptae Generosae Witkowska Cre:
ditrici suae eiusq[ue] posteris, hinc et ab actu praesenti pro die
et Festo Conversionis Sancti Pauli Apostoli in Anno
proxime Venturo realiter, et in effectu Soluturos, et Co:
ram officio Actisq[ue] praesentibus Castrensibus Capitanea:
libus Praemysliensibus reposituros et relicturos, repositum
tamq[ue] et relictum rursus ab eodem officio non effide:
iussuros, nec arrestaturos vel quovis alio modo Solutionem
summae eiusdem praepedituros et impugnaturos, inscri:
bunt et obligant praesentibus. Idq[ue] sub Vadio summae Qua:
tuor Millium Florenorum Polonicalium per eosdem
Suprascriptos Recognoscentes Generosos Witkowskie
sive eorum posteros Supranominatae Creditrici suae
vel eius Successoribus, ob non solutionem summae
Suprascriptae pro tempore et loco superius expressis
ad Solvendum succumbendo. Pro quo quidem Vadio
modo praemisso ad Solvendum Succumbto, ac pro re aliqua
principali ex praemissis non Completa complenda, Ci:
tati existentes memorati Recognoscentes sive eorum
Successores Ad Instantiam praefatae Generosae Helisa:
betha Witkowska Creditricis suae vel eius posterorum
ad officium praesens Castrense Capitaneale Praemysli:
ense ex tunc recessa, Suprascripto quo ad respondendum
spectat mediante Sumpto in primo Citationis Termino tan:
quam peremptorio, stare sui parere, respondere, Vadium
praefactum lucre, Inscriptioni huic satis facere ac omne
summaq[ue] ipsa principali non Soluta Solvenda.

iudicatum

iudicatum pati debebit et tenebitur, seq ac suos successores ad eadem omnia inscribit et obligat praesentibus, illum Terminum primum peremptorium, et alios omnes exinde consequentes causae eiusdem Terminos semper peremptorios, vera infirmitate pro maiori minorennitate successorum legatione, intra vel extra Regnum servitio militari ad munimenta ad exercitum, vel aliis quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo adquietationem praeterea ultra proximos officii praefati Castrensis Capitanealis Praemisliensis Terminos, dilationem sibi non recipiendo, nullasq motiones appellationes ac earum prosecutiones faciendo ac praemissa omnia poenis simplicibus vel triplicatis, evasionibus, suspensionibus fatalis Iuris praescriptione Terrestri bello, conventioneq ac aliis omnibus Iuris remediis et defensis non subterfugiendo nec modo alio quovis evadendo. Hac sua praesenti personali recognitione ad praemissa omnia mediante.

Witkowscij Reverendo Rectori Collegij Praemisliensis Donant. 1073

Comparentes personaliter coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Praemisliensibus Generosi Severinus de Rudolowice Witkowski Pater, tum Stanislaus Alexander atq Paulus de eadem Rudolowice Witkowscij cum olim Generosa Anna de Trzebuc Boleskaszycka priori voti procreati filii, sanimentibus et